Si nõ erat homo maria quẽ in vẽtre geſtabat. Si nõ erat deus. iohannes cui in vtero exultauit. Si nõ erat homo. quis ĩ preſepio iacebat. Si nõ erat deus. angeli quẽ glorificabãt. Si non erat homo maria quẽ lactabat. Si non erat deus magi quem adorabant. Si nõ erat hõ. ioſeph quem circũcidebat. Si non erat deus. colũba quem ꝑteſtabat. Si nõ erat hõ. iohãnes quẽ baptizabat. Si nõ erat deus. quis peccata relaxabat. Si non erat hõ. in deſerto quis eſuriebat. Si nõ erat deꝰ. mare ⁊ venti cui obediebãt. Si nõ erat homo in naui quiſ dormiebat. Si nõ erat deus mortuos quis ſuſcitabat Si nõ erat homo in cena qs edebat. Si nõ erat deus latroni regnũ quis ꝑmittebat. Si nõ erat homo. in cruce quis pendebat. Si nõ erat deus ſol lucem ꝓpter quẽ ꝯtinebat Si nõ erat hõ in ſepulcro quiſ iacebat. Si nõ erat deus die tercia quis reſurgebat. Si nõn erat hõ thomas quez palpabat. Si non erat deus in celum quõ aſcendebat. Patet ergo ꝙ xp̃s eſt deus ⁊ homo ex ſubſtãtia patris ante ſecula natus oĩa implẽs oĩa ꝯtinẽs equalis ꝑ omnia patri in ſubſtantia. ex ipſo ⁊ cũ ipſo ſꝑ eternus. Naz in ſe ſuſcepit humanã naturã creator ac dñs õmũ creaturarum ⁊ ſuam glorioſiſſimam deitatẽ velauit ac hũiliauit ſuã humilitatẽ dãs nobis exemplũ vt ita faciamuſ vt cum eo eternaliter viuere atque regnare valeamꝰ. amẽ.

De iactãtia ⁊ gloriatõne

Iactatores ꝯſueuerunt
- Alios deſpicere detrahendo.
- Põpis ſe ꝑficere extollẽdo
- Deũ abĳcere obloquendo.
- In factis deficere obtinẽdo

Iactatores alioꝝ fa/
cta ⁊ ꝑſonas deſpici
unt. ⁊ ſeipſos extol
lūt Sic dicebat gaal Quis
eſt abimelech ⁊ quis eſt ſich
em vt ſeruias ei. vtinā daret
aliquis populum iſtum ſub
manu mea. quaſi diceret. ego
magna facerem. Judicū. ix.
Grandia verba dixit rapſa/
ces ex parte regis aſſirioꝝ.
deſpiciens regem iuda ⁊ re/
gem egipti ⁊ extollens domi
num ſuū ⁊ ſeipſum. iiij. Re
gum. xviij. Contra iactātes
ſe ⁊ ceteros ſpernētes ponit
chriſtus parabolam de pub/
licano ⁊ phariſeo Luce. xviij
Deſpiciebant phariſei cecū
natū dicentes. In peccatis
conceptus es totus ⁊ natus
⁊ tu doces nos Johānis. ix
Arrogāter dixit pilatus ihe
ſu. Neſcis quia poteſtatē ha
beo dimittere te ⁊ crucifigere
te Johannis. xix. Iacta
tores pompatice ⁊ ex ſuꝑbia
magna loquunt᷑. ſed homo
ſapiens de quibꝰ iactari poſ
ſet tacet. Sic ſampſon iner/
mis leonem interfecit. nec ta
men hoc patri indicauit Ju/
dicum. xiiij. Stultum eſt ſe
iactare de futuris ꝯtingenti/
bus. Nam adonias eleuaba
tur dicens Ego regnabo. qđ
ſic non euenit. iij. Regum. j.
Unde dicit etiā philoſophꝰ
De futuris ꝯtingentibꝰ non
eſt determinata veritas. Be/
nadab rex ſyrie pompoſe lo/
cutus eſt regi iſrahel per nun
cios ſuos. cui tamen poſtea
male ſucceſſit. iiij. Reguꝫ. x.
Aman pompoſe iactabat ſe.
ꝙ ſolus cum regina prande
ret. qui in breui poſt hoc fuit
ſuſpendio adiudicatus Heſ
ter. iiij. v. ⁊. vij. capitulis.
Nabuchodonoſor in aula de
ambulans dicebat cum ſuꝑ
bia. Nonne hec eſt babilon
magna quam ego edificaui
in domuꝫ regni in robore for
titudinis mee ⁊ in gloria de
coris mei. qui poſtea fuit in
beſtiam mutatus Danielis
quarto capitulo. Quantum
cunqꝫ humilient᷑ ſuperbi. ad
huc tñ iactare ſe non deſinūt

ſic antiochus turpiter fatigatus adhuc tamen iactare ſe non deſinit. ij. Machabe. v.

Jactatores non ſolum ſe extollunt ſupra homines ſed etiam ſupra deum. Jdō dicit̃ de nabuchodonoſor rege qui dicebat in corde ſuo. in celū aſcendam ſupra aſtra exaltabo ſolium meum. ſed poſtea turpiter ꝛ ꝯfuſe cecidit. Jſa. xiiij. Nabuchodonoſor dixit danieli ꝛ ſocijs eius. quis ē deus qui eripiat vos d̄ manu mea. Dani. iij. Dicentibus iudeis. eſt deus potens in celo qui iuſſit celebrari ſabbatum. rn̄dit nycanor. Et ego potēs in terra qui impero ſumi arma. ij. Machabeo. xv. Qui ſe ſic iactant ſp̄ mentiunt̃ ꝛ imitant̃ dyabolū qui ſe iactabat plura dare criſto que nō erant ſua dicens. hec oīa tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Marci. iiij. al's Mathe. iiij. ſecūdū vero Lucam ſic iactauit ſe dicēs. hec mihi tradita ſunt ꝛ cui volo trado illa. Luc. iiij. Jactatores multa dicunt ꝛ pauca faciunt. imo vt plurimū confunduntur ꝛ deficiunt. iuxta illud poeticū. Sepe minus faciunt homines qui magna loquūtur. Sic goliath alios inuitabat ad ſingulare certamen qui fuit poſtea a paruo ſuperatus. j. Regum. xvij. Holofernes iactabat ſe coram achior ꝙ ipſum occideret ꝛ filios iſrahel ſuperaret. qui poſtea fuit a femīa interfectus. Judicum. vj. Serō iactabat ſe dicēs. faciā mihi nomen ꝛ expugnabo iudeā. ſꝫ ipſe fuit poſtea debellatus j. Machabe. iij. Demetrius ſuperba verba miſit ionathe. ſed ſibi cito male ſucceſſit. j. Machabeorum. decimo ca. Nycanor iactauit ſe dare ꝑ vno talento argēti nonaginta mancipia iudeorū. ſecūdi Machabe. viij. Petrus iactanter ſe obtulit cum domino mori qui ad vocē femine ipſum negauit. Mathei. xxvj.

De ydolatria.